

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. XVI. Josephus se noscendum aperit, & injuriis omnibus sepultis,  
fratres suos amantissimè complectitur. Christiana generositas inimicos, &  
veniâ, & beneficiis prosequitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

& parvolorum vestigia. Deprehensis ergo fraudibus A coacti sunt misera ostiola furtiva pandere. Mendacissime religionis convicti supplicio extremo sunt affecti. Patuerunt tandem, quæ diu regebantur ostiola furtiva: sol demum detexit abditos sub terrâ cuniculos; & hæc laminationes nocturnas in lucera proraxit tempus. Nihil opertum, quod non reveletur, neque occultum, quod non scaturit, modò nos possimus prestatoli suum cuique rei destinatum tempus.

Poterant Iosephi fratres facinus suum annis viginti tribus contegere; oblitus videbatur Deus tam truculentia invidia, jam pridem exinctum omne hoc crimen concidisse putabatur; vix ullus erat, qui Iosephum resoderet; ex oculis, ex animo apud plerosque eviluerat. Invenit tandem Deus iniuriam servorum suorum: hoc ipsum rem demum fassi, quamvis nec si. Qui regit nequitiam, cogitet vii dictam, quantumvis seram; differt & cunctatur: credat se nondum patibulo, nondum Oco matrem, Tyrem, qui iam ematuruit, vel claudus litor fugientem assequitur. Multi hauriuntur fluctibus marinis, glutit illos Oceanus & absorbet, suo rāmen tempore his ipsos evomens reddit, & rem suam terræ non negat. Nequam duo senes aliena pudicitia subfornaces, subtilissimam texerunt filum, ut Susanna lapidibus obruendam evincerent, sed patuit demum tragicus, impunitissimus dolus. Ananias & Saphira callide & oblicue rem suam egerunt; fraus denique detecta est, & rigidè punita. Nil occultum, quod non scaturit. Tandem omnia suo quavis tempore ad solis tribunal educuntur. Interea temporis toleremus, & perferamus vel iniquissima quaque; veniet qui opera hæc revelet, qui judicet, dies. Erunt sua virtus supplicia, erunt & sua virtuti præmia. Veritas temporis filia ad solem dicit omnia.

## CAPUT XVI.

Iosephus se descendam aperit, & injuriis omnibus sepultus fratres suos amantissime complectitur. Christiana generositas inimicos & venia, & beneficium prosequitur.

Gen. cap. 45. v. 1. ad 25. Non poterat ultra cohære Ioseph multis coram adstantibus: unde precepit, ut egredierentur cuncti foras, & milles interest alienus agitatio mutua: Elevavitq. vocem cum flero, quam audierunt Ægyptii, omnisq. domus Pharaonis. Et dicit fratribus suis: Ego sum Ioseph: ahdic pater meus vivit. Non poteram respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum acceptissent prop̄e: Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidisti in Ægyptum. Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidisti me in istis regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. Biennium est enim, quod cepit famæ esse in terra, & adhuc quinque anni restant. Nec arat, nec meti. Premisit me Deus, ut reservemini super terram, & eas ad vivendum habere positis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate hic missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum universæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti. Festinate & ascendere ad patrem meum, & dicetis ei: Hac mandat filius tuus Ioseph: Deus fecit me dominum universæ terra Ægypti, descendere ad me, ne moreris. Et habitabis in terra Gessen, erisq. juxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oves tua & armenta tua, & universa, que posides. Ibiq. te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & dominus tua, & omnia que posides. En oculi vestri, & oculi fratris mei Benjamin vident, quod os mœm loquuntur ad vos. Nuntiate patri meo universam gloriam meam, & cuncta, quæ vidistis in Ægypto: festinate, & adducite eum ad me. Cumque amplexatus recidisse in collum Benjamin fratris sui, slevit, illo quoque flente super collum ejus. Osculatus-

que est Ioseph omnes fratres suos, & ploravit super singulos: post quæ auti sunt loqui ad eum. Auditumque est, & celebri sermone vulgatum in aulâ regis: Venerunt fratres Ioseph & gavisius Pharaon, atque omnis familia ejus. Dixitq. ad Ioseph, ut impetraret fratribus suis, dicens: Onerantes jumenta, ite in terram Chanaan, & tollite inde patrem vestrum, & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terra. Præcepte etiam ut tollant plaustra de terra Ægypti ad subvectionem parvolorum suorum ac conjugum; & dicit: Tollite patrem vestrum, & properate quantoque venientes. Nec dimittatis quidquam de sapientiis vestris, quæ omnes opes Ægypti vestre erunt. Fecerantque filii Israhel, ut eu mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. Singulis quoque proferri justis binas stolas: Benjamin verò trecentos argenteos cum quinque stolas optimis. Tandem pecunia & vestium mittens patri suo, addens eis asnos decem, qui subvenirent ex omnibus divitiis Ægypti, & totidem asnas, triticum in itinere panesque portantes. Dimisit ergo fratres suos: & proficisentibus ait: Ne iracamini in via.

Postquam Judas Iosephi frater anxiâ proflus eloquentia cauſam suam peroraverat. Non potuit ultra se cohære Joseph cohibere, sed lacrymis & affectibus inter se certantibus faciliſſime iussit in loco arbitrios omnes, solitique fratribus retentis, in lacrymas simul & gestientem vocem erampens: Ego, inquit, ego sum Ioseph frater vestre. Num adhuc pater meus vivit? Attinxit ad hanc vocem fratres, nec verbum mutare poterat. Mox item humanissime Joseph: Accedite, inquit, ad me. Acceserunt. Ad quos denuo: Ego, inquit, frater vester sum Joseph, ille ipse, quem vos vendidistis in Ægyptum. Mittite pavorem animis: non vos torquæt, me à vobis venditum esse Ægypti. Deus me in vestrum, bonum præmisit in Ægyptum. Jam biennium est, quod famæ terras cœperit depopulari; supereft quinqueannum, quo nec arati poterit, nec meti. Idcirco me providentissimus Deus prodromum vestrum huc misit, ut vita vobis servaretur à fasti defensis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate hic missus sum. Videte potentiam divinam, quæ me Pharaonis pene patrem, totius palatini domum dominum, Ægypti principem constituit. Festinate, & patrem ad patrem meum quamprimum redite, illique nomine Ægyptum meo dicite: Ioseph filius tuus vivit, Ægyptu universæ eorum, dominus, mandatque ut sine morâ descendas ad ipsum. Habitabis terram Gessen, erisq. juxta me tam tu, Tamq. quām filii tui, qui nepotes, omne tuum pecus, omnēque Gessen facultates tuæ. Hoc loco te pascam, nam anni quinque famis etiamnum restant superandi. Illa te tuaque omnia consumeret, si solum non mutares. En oculi vestri, & oculi fratris mei Benjamin vident, quod os meum, & cor meum ad vos loquatur. Nuntiate igitur patri meo universam gloriam meam, & quidquid ipsi oculis in Ægypto cernitis. Properate, & meum ad me parentem adducite. Quibus dictis singulos suavissime complexus est. Cumque in Benjaminis collum rueret, slevit largiter, non minus flente Benjamino. Ia ceteros fratrum complexus Ioseph & osculatus omnes ordine, singulos suis perfudit lacrymis. Mox per omnem Pharaonis aulam Advenit fama est didita, venisse fratres Ioseph. Ad hanc auditorem gavisius est Pharaon, & omnis palatina familia. Et rex suum teſtaretur gaudium, promptâ liberalitate ad Iosephum: Manda, inquit, tuis fratribus, ut quamprimum reversi in Chanaan, vestrum parentem, & omnem eorum secum cognationem huc ducant. Mecum eos esse volo, parentes & regni mei divitiae frui: Ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terra. In eam rem hinc plaustra secum accipiant ad conjugum & liberorum vecturas. Huc etiam omnem suam convehant supellecitem, nam omnes opes Ægypti vestre erunt. Factum quod imperatum. Josephus & plaustra & alimenta in viam addidit, prout rex iussicerat. Singulis præterea suorum fratrum aliam geminam

gemina in vestem, Benjamo autem quinque vestes, a quingentos insuper argenteos donavit. Tantundem pecunia, ac vestium patri iunctens adjunxit decem asinos totidemque asinas oneribus subvehendis. Jamque accinctis ad iter fratribus: *Ne, inquit, irascamini in viâ.*

Hic præceptionum optimarum seges largissima.

Cum poëta hic dixerim:

*Non mihi si lingue centum sint, oraque centum,  
satis omnia expofero. Sed pauculos pro more nostro  
manipulos colligamus.*

I. Palatum sine invidiâ, prodigium ingens, albo corvo prodigiosus. Iosephi fratribus jam cognitis, gavisus est Pharaon atque omnis familia ejus. Haec tenus subinde spargebantur suspiri clancularii, Josephum hominem exterum, obscuri sanguinis, servum captivum è latebris emeruisse subito. Jam scitur primarii viri esse filium, inveterat, sed gaudet.

II. Nil dulius amantium aut letantium lacrymæ. Cùm Iosephus larvam, quam prudenter sumperat, humaniter ac comiter deposuerit, utrumque liberales admonitum fuisse sunt lacrymæ, sed lacrymæ amoris, atque gaudi, quæ saccharum decoctionis septimæ, omnemque mellicam supererunt promulsidem.

III. Regius animus, gratus animus. Nec enim generosum pectus quidquam sibi permittit fieri gratis. Rex Pharaon Iosephi merita non levi trutinâ aestimans, Josephum non solum Ægypti principem constituit, sed omnem ipsius familiam amplissimè ditavit: Venite ad me, inquit, ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ; omnes opes Ægypti vultæ erunt. Tam humanus, tam liberalis, tam gratus in famulum suum rex Ægyptius fuit.

IV. Generositas Christianæ culmen est, injurias oblivisci, inimicis benefacere. Iosephi fratres Plagiarii & parricida optimus fratrem in extremas consercerunt angustias. At ille tam truculentum in se facinus beneficiis est ultus. Hac nobilitatis Christianæ generositas factum illustrè ac gloriosum est, benefacere inimicis. A que istud jam explicavi, ex ipso rei gestæ historiâ sub oculis ponemus.

### S. I.

A Mnistiam, seu, generosissimam injuriarum obli- vionem compluribus documentis Iosephus exhibuit imitandam.

I. Errores fratrum suorum textit. Jam enim agnitionem & cōplexus mutuos instituturus, præcepit ut egredierentur cunctis foras, & nullus interesset alienus salutaria munua. Nec enim voluit ulli modo sciri ad Ægyptum se vendirem à fratribus. Hinc de immensi hoc facinor in aula regia nihil innortuit, Iosepho peramante suorum nequitiam celante. Hoc generosum, hoc Christianum est. Si nobis sint hostes, qui variis in nos maleficiis certent, fatua sunt querela nostra, si obviis quibuscumque dicimus: Hic capitalis meus hostis, hanc mihi fecit injuriam, ille istud mali in me machinatus est, sic isti & isti me læserunt. Hoc non est diligere inimicos, eorum nequias detegere. Hæc talia eorum duntaxat auribus committenda, quorum interest ea scire, qui & juvare possunt. Apud alios dissimilanda sunt injuriae. Quomodo Christus Dominus immanissimum Ilcariotæ proditoris facinus velavit? Ipsum quidem cogitati sceleris, ut resipisceret, admonuit, detestam sibi proditionem monstravit, ab inauditi criminis immanitate miserum modis omnibus averttere conatus est, moderatione tamen suavi, ut id nullus Apostolorum, sed Judas solus intelligeret. Perinde si dixisset Christus: Post paucas quidem horas seipsum proditurus est miser, ego tamen etiam illi parcam, nec publicè coram aliis meis discipulis pudefaciam: ipse sibi culpam imputet, si hoc alii resicerint. Chrysostomus non male morbum appellat

A hanc effundi libidinem, quâ quis alcalus probra, defecitus, vitia non sine voluptate narrat, ac dertegit. Os parturiens hâc oppillandum est, ne mutiat vel verbulum de alienis sceleribus. Vide Iosephi & Christi exempla. Et quanquam Ioseph suos fratres affecisset pudore, si coram aliis dixisset: Ego sum Ioseph, quem vos vendidistis in Ægyptum. Hic alius prouisissimum fuisse diceret: Itane? hi homines pecunii germanum fratrem suum vendiderunt? istine tam immania auli in tam cognatum sanguinem? Joseph igitur prudentissime textit suorum in se immanitatem, voluitque eam etiam ob caussam ne prima huic salutarii arbitrio ullus intercesset. Tegendi sunt aliorum, etiam holtium, nævi.

II. Iosephus pene gratias egit, quod à fratribus fuisse venditus. Nolite pavere, inquit, neque vobis durum esse videatur, quod vendidisti me in his regionibus, pro salute enim quod à fratribus fuisse videbitur misit me Deus ante vos in Ægyptum. Est quod agamus gratias divinae providentiae. Reverentur & nos, si rem ad vivum placeret resarcire, idem faceremus, Quod sanctorum hominum multi, & ingenue profiterentur. *¶* Iosephus, hæc manus, hæc linguis ad celestes me honores provexit; magnas ago gratias insane hujus hominis nequiriæ, quæ mihi Deus cælitéque conciliavit, quæ viam mihi patre fecit ad sublime solium. Ita prorsus Ioseph ratiocinatus est. Ni si me fratres vendidissent, ut mancipium, nunquam Pharaon jussisse principem. Probra, servitus, ignominia, carcer, vexatio plurima, in alium me evenerunt: Injurie me bearunt. Proinde non solum veniam iis impetravimus, sed & ago gratias his patrocinis licet asperis. Hanc Iosephi virtutem laudans Augustinus: *Mirati estis, inquit, castitatem Iosephi, aspice nunc benignitatem, pro odio redditum charitatem.* Eodem elogio Ambrosius: *lure ergo mirandus Ioseph, inquit, qui hoc fecit ante Evangelium, ut Iesus perceret, appetitus ignoraret, vendidisset in iuriam non ferret, sed gratiam pro contumeliam solveret: quid brum & alio post Evangelium, omnes didicimus, & servare non possumus.* *¶* *Discamus ergo & sanctorum invigiliam, ut imitemur patientiam, & cognoscamus illos non natura prædictioris fuisse, sed prius voluntate observationis, nec virtus necepsisse, sed emendasse.*

III. Vindicavit se Ioseph, sed modo planè novo, 3. Vindicavit se propterea Christiano. Vindicavit se obliuione, silentio, vise Josephi, blanditiis, osculis, lacrymis, amplexisibus, beneficiis. 1. Obluvione; meminisse non vult injuriarum; Obluvisci me fecit Deus omnium laborum meorum, dominum me constituit universæ terræ Ægypti. 2. Silentio; ut ab omnibus germanissimus frater agnosceretur, illud dicti adscicit (quem vendidisti) cetera tacuit omnia. 3. Suspirioris; Elevavitq; vocem cum fletu, quam audierunt Ægyptii, omnisq; domus Pharaonis. Altius gemitus, profunda suspiria distinxerunt eloquentias voces. 4. Blanditiis; ad quos ille 3. Suspiriorum clementer: accedit, inquit, ad me: *Nolite pavere.* Tanquam *Ibid. v. 2.* 1. Blanditiis equos demulceret poppymis. 5. Osculis; 4. Blanditiis, que est Ioseph omnes fratres suos. Et hec sincerasissima oscula dispensavit in singulis pro parricidal odio. *Ibid. v. 4.* 6. Lacrymis; *Eploravit super singulos.* Non tantum, non 5. Osculis; vindicem, sed marrem se gesit aduersus cognatos *Ibid. v. 15.* hostes amantisimam. 7. Amplexibus; Cūquique amplexatus recidisset in collum Benjamin fratris sui, flevit. Non *Ibid.* horruit amplexus eorum, qui ei vitam eripere parabant. 8. Beneficiis continuis. Nam omnes illos illo- 7. Amplexus. rümque familias aluit, siveque apud regem promeritis *Ibid. v. 14.* facile impetravit, ut rex amplissimis polliciti diceret: 8. Beneficiis continuis. Ego dabo vobis omnia bona Ægypti. Vide, obsecro, novum suis. injuria vindicanda modum, largissimum benefaciendi animum. Quem Augustinus sufficiens: *Odium fratrum, inquit, charitatis lacrymis abluebat.* Sed objicias: Non iste semper est odiorum, & injuriarum exitus. Est sane, modò nos simus Iosephi, vindices injuriarum tam blandi. Non deerit, in orbe certè altero, merces amplissima, tolerantia promissa. Sed haec plerunque languidissime credimus. Hinc præmii tempus non expectamus.

mus, sed præcipes ruimus ad injurias vindicandas. Si sapimus, more rituque Josephiano nos vindicabimus; oblivione, silentio, tulpiris, blandimentis, lacrymis, amplexibus, beneficiis.

## §. I.

4. Divina I V. **D**ivina voluntatis decretum suis explicavit. voluntatis decretum suis explicavit. **Q**uis autem obsecro, prius Josepho Heliotropium, seu divina voluntatis arcanum exposuit? Ubi hæc legit, ex quo audiit, quis hæc ipso audiente pro concione disserit? Et tamen tam aperè, tam nervosè voluntatis suprema mysterium expones: Non vestro consilio, inquit, sed Dei voluntate hoc missus sum. Utinam hoc eruditio Christianæ summarium vel tandem capiamus. Josephum Deus ad summam amplitudinem extollit voluit; vendi autem, falso accusari, in vincula rapi permisit, non vult; quia peccata vello non paret. Ita omnis Theologia loquitur. Ita locutus Apostolorum princeps Petrus: Hunc definito consilio, inquit, & prescientia. **D**icit illud per manus iniquorum affligentes interemissis. Deus, ut crucifixetur Christus, voluit, decrevit; Iudeis autem non præcepit, ut ipsi hoc facerent, sed tamen facturos prævidit & permisit. Hinc Theologorum versiculus:

*Actione dispergit, passio grata fuit.*

**D**eus est auctor omnium poenarum & malorum que patimur. **A**mos cap. 3, vers. 6. **E**xemplum montatur.

Ita Deus auctor est omnium poenarum & malorum que patimur. Non enim est malum in civitate, quod Dominus non fecerit. Omnis poena, omne supplicium à divina voluntate est, idque, ut schola loquuntur, effectivè, positivè. Exemplo, quod dicimus, monstrum.

Deliquerit in bello miles quispiam infelici arbori suspendendus: sed defuit carnifex, qui miserum fune indueret. Exspectatum est aliquantulum, dum forte fortuna quispiam transiret; transiit è vicino pago rusticus, cui miles gallinas rapuit, & horreum incendit. Ad quem rerum capitulum prætor: Vis, inquit, haec suspendere? Libetissime, ait rusticus, capitalem rusticorum hostem, qui meas mihi gallinas rapuit, pecus abegit, date mihi nebulenon, dace; de proximâ arbore suspendam. Hoc quidem rusticus animo vindicandi fecit, & peccavit ultionis libidine, eo tamen obsequio satisfactum est justitia & ducis voluntati. Ita planè Deus hunc, aut illum, aut illum punire vult seu obrectangleibus, seu retum jacuturis, seu diversis injuriis. Quis autem hæc faciat? Deus ab æterno prævidit homines malevolos hæc ultra ac sponte facturos: ita suo tempore præsiliunt, qui vel famam dictis lacerant, vel damnis afficiant, vel injuriis. Quis infert has poenas? Deus, sed per hos, aut illos homines malignos, nequam, invidios, quibus ut instrumentis ab æterno prævisis uititur, ad decreta sua voluntatis exequenda. Hoc sanè quotidianum est. Ita rectissime

**G**en. cap. 45. **J**osephus dixit: Non vestro consilio, sed Dei voluntate hoc missus sum. Divina voluntas fratribus Josephi usi est instrumentis ad Josephum honorandum. Fraterna consilia erant, fratrem jugulare, vendere, in Ægyptum amittere. Scilicet Deus hæc illorum peccata permisisset, & Josephum his poenarum ac malorum præludiis exercere voluisse, inanissima fuissent hæc eorum consilia omnia. Dei voluntate igitur, Dei iudicio & arbitrio, non humano consilio hæc gesta sunt.

5. Pacem suis fratribus imperavit injuriarum omnium immemor. Viaticum illis dedit lauissimum, vestes, pectiniam, panes, cibaria, triticum, & viginti dorsaria jumenta subveniens oneribus, insuper equos, immemor. pilenta, currus, aurigas & famulos, hoc unum adjunxit **Ibid. v. 24.** moniti: Ne irascamini in viâ. Hac Josephi præceptio perfectissimam Amnistiam, seu laudatissimam injuriarum oblivionem, & animum in fratres mitissimum declaravit. Ne irascamini, ait, perinde si diceret: Nescire non possum, mei fratres, quid inter vos futurum in viâ, ni præveniam: Alter alteri culpam impinget, quod in

A. Ægyptum sim venditus, inde lites orientur & verborum pugnae. Ne igitur irascamini in viâ. Ite unanimes, ut fratres decet, & cum parente, quamprimum redite. Quisquis veltrum me primus voluerit vendi, non refert. Preteritum est, ne revocetur in lucem. Injuriarum omnium jam pridem oblitus sum: earundem & vos velim obliuisci. Ulcus jam persanatum est: non tangamus, ne recrudecat. Oblivione sepeliamus æternâ, quidquid inter nos injuria preterierit. Ite, & non irascamini in viâ. Hoc morale fuit à Josepho datum viaticum. Non enim ignoravit Joseph, boni consilii neminem non cupebat auctoriter dici: cum malum suggestum est consilium, ab altero in alterum derivari culpam. His discordis cavendis pacem suis & consensionem Joseph præcepit. Hanc Josephi virtutem Chrysostomus extollens: *Nova legi Chrysostomi philosophiam, inquit, tantò ante & perfectè cognovit, & cu. hom. 14. in gen. 14. mulatè adimplivit. Generositatis Christianæ culmen est, injuries obliuisci, inimicis benefacere.*

B. Hoc suis è cathedrâ explicavit Constantinopoli Gregorius Nazianzenus: Nam Catholicis sub Valente Imperatore Ariano miserè vexatis & oppressis Theodosius successit, qui restituí rem moderatè ac sanctè imponendo. Catholici cùm sibi viderentur recipere, ac superiores jam esse hostibus, par pari reddendum cœserant, & Arianos non minus affligendos. Hic Gregorius pro suggestu: *Non haec talia, inquit, à nobis Chrysostomus, nec Evangelium ista nos docet. Mites animis agere filii. Cuius animus lenis ac tolerans est, si prudentia valer. Præfate illius beneficia, qui vos odio præsequuntur. Quod si animus in vindictam astuet, & manus pruriat in adversa partis subitam runam, nec ira frenos ferat, vindicationem omne, obsecra, Christo ejusque tribunali permittere: Mea enim ultio, ait Dominus, & ego retribuam.* Hæc exhortatio Gregorii. **vñf. 13.**

Eundem induxit animum Turonensis praeful Martinus Briticum presbyterum calumniatorem, officio mouere noluit, et si potuerit, optimè ratione hac ulis: **C** Si Christus passus est Iudam, cur ego non Briticum? Ita & nos ratio cinetur. Si Christus vult Iscariotem proditorem, cur ego non feram Achatiū, Tiburtium, Titum, Seriatum, initicos & calumniatores meos? Logica hæc Christiana, Syllogismus optimus est.

## §. III.

**I**ustus ut palma florebit. Palma quidem in sublime crevit, & ad nubes sustollit brachia, petiisque cælum, illius tamen fructus dactyli respiciunt terram, & ad ima vergunt, quoque plenior est arbor, eò fructus in terram prouiores. Proba mentis homo in altum se erigit, Proba deum in excelso solio residentem totis brachis mentis complebitur, eò certè cogitationibus ex crescit, nihil minus sese dimittit ad imbecillitates humanas, tolerat ad imbecillas, inimicos beneficis mactat: omnibus suos velutellates uti fructus offert, alieni sceleris in se comminisci obliuiscitur, erigitur ad alta. Josephus, qualis palma, quam sublimis, quam in cælum porrecta? Quam nervosè Dei voluntatem, Providentiam, Bonitatem predicit: interius fructus suos fratribus suis parricidis porrigit amantissime, tam opes quam honores suos cum illis partitionibus, injurias omnes leni delet spongia, quidquid contra se dictum factumque est, penitus vult abolitum. Hoc generositatis Christianæ culmen est.

Hanc injuriarum felicissimam oblivionem phrasem notandam exprimens Isaías: *Vinam attendisse, inquit, I. 51. 18. mandata mea, facta fuisse, sicut flumen pax tua. Quid fieri possit, ubi dicitur, in cœlum portata? Quam nervosè Dei voluntatem, Providentiam, Bonitatem predicit: interius fructus suos fratibus suis parricidis porrigit amantissime, tam opes quam honores suos cum illis partitionibus, injurias omnes leni delet spongia, quidquid contra se dictum factumque est, penitus vult abolitum. Hoc generositatis Christianæ culmen est.*

**G**en. 13. 18. **I**saías 51. 18. **F**aciat, inquit, I. 51. 18. **U**nusq[ue] dicitur aqua baculo, hæsta, gla-

**I**njusto, injiciantur faxa, dividerur quadrum aqua, & velut non fuisse vulnerata circulos complures loco cicatricis ostender, vindicta maxime tamen iterum coabit sine omni prorsus vulneris ubi dicitur signo. **V**inam ergo attendisse mandata mea. Nam ubi obseruatio est legis divinitate, hæc vindicati non solent injurias.

**legis direc-**

**tio,**

riæ, miniatulæ non opprimitur offenditæ, non scribit mare laetus, sed velut aqua ferro aut fæxo turbata mox obliterat plagarum notas, in concordiam redit, oblivionem spondet injuriarum, pax illius fit sicut flumen, quod verbéribus nec vulnerari potest, nec effterari. His artificiis inimici expugnatur, ut in amicos transeant. Ars nobilissima longè antestans illi, quæ plumbo nobilitatem auti induit. Quid igitur facendum? Quæ præceptiones sunt hujus artis?

Vit magni & primi nominis interrogatus, quæ tandem ratione omnium sibi amicitiam conciliaret, nec enim quemquam seiri, qui illum odifice vellet: philtrum enim quod omnibus propinaret, alios etiam diceret: Pileo, inquit, & marsupio: Verbo humanus, factò beneficuſ. Dicamus bona verba, & loculos aliquantulum mulgeamus in aliorum obsequia, nunquam deerunt amici; omnium in nos benevolentia conspirabit. Quæ relapsi plurimorum audias, qui dicunt: Invidentia premiatur variè, ab his & hi exagitamur, odium apud plebemque omnes adipisciuntur. Sæpius, ô boni, vos ipsi hominum causa estis adducto supercilio manducis nimium contraria. Pileus vester plumbeus est, & manus vestra lapidea, vel pumice aridior. Hinc responsa vestra immitia, aspera; vix quidquam opis aut obsequii à vobis sperari potest; crumena vestra pluribus nodis constituta nummos retinet tenacissime; os vestrum humanitate vacuum lapides non rosas loquitur. Ita nec Pileo, nec Marsupio benevolentiam captatis, nec verbo humani, nec factò benefici. Sed vos ipsi conscientiam vestram interrogate, num in vestro pileo, an in marsupio vestro major sit defectus: nam sunt qui pollut opibus, gratiâ, honoribus, non tamen alienâ fatigantur inadvertiæ, quia sunt humani, affabiles, modesti, comes, obsequiosi, suaves, munifici, pileo pugnant & marsupio. Difficile est illis invidere aut famam illorum imminuere, omnium voce viri boni audiunt sine fastu & supercilie, ad gratificandum prompti, parati. Hi tales sibi omnes devincent. Hi virgæ Aaronicæ simillimi sunt, quæ licet arida fuerit, fronde tamen & fructu dulcium amygdalarum triumphant; ita illi foliis abundant mitium verborum; nec fructus iis defuncti dulces amygdalas ferunt, consiliis, manu, solatis, nummis juvant. Nota vafrities est eorum, qui auxilium rogati sibi supplices amandant alio; & illum, inquietum, accede; ille te juvabit: ad istas ades pulsa, hinc impetrabis opem. Ah, fatui! Beneficiendi occasionem negligere, damnosus est, quæm oblatæ beneficia repudiare.

LX. 1. 10.  
verf. 4. Cur Christus, obsecro, discipulos sine perâ, sine pecunia, sine virginâ, Evangelium doctos misit? Ambrosius ad questionem respondens: Ut & incentiva litis, inquit, instrumenta eriperet ultius. En Christus suis voluit, & verbis humanos, & factis beneficis; ideo ab eis pecuniam, jurgiorum causam maximam, removit. Idcirco non tam sordide parcamus pecunia, ut parcerem possumus concordiae. Et quis suavum verborum sumptus est? nequissima est avaritia, quæ nec bonis quidem verbis liberalem esse permittit. Pileo & Marsupio, Humanitate ac Liberalitate omnium mercamur amicitias.

## CAPVT XVII.

Iosephus fratres suos instruit, quid Pharaoni regi respondeant. Omnes dum vivimus, pastores sumus.

Gen. c. 45.  
ad 25. ad  
jum. **Q**ui ascendent ex Ägypto venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob. Et nuntiaverunt ei, dicentes: Ioseph filius tuus vivit: & ipse dominatur in omni terra Ägypti. Quo auditio Iacob quasi de gravi somno evigilans, tamen non credebat eis. Illi contra reserbarunt omnem ordinem nisi. Cùm-

A que vidisset planstra & universa, que miserat, revixit spiritus eius, & ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus vivit: Vadam & videbi illum, antequam moriar. Profectusque Israhel Gen. c. 46. cum omnibus, que habebat, venit ad Puteum juramenti: & tota maestatis ibi victimæ Deo patri sui Iaac, audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob. Cui respondit: Ecce adjunctus Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere, descend in Ägyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te revertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit autem Iacob à Puteo juramenti: tuléruntque eum filii cum parvulis & uxoribus suis in playstru, que miserat Pharaon ad portandum senem. Et omnium que possederat in terra Chanaan, renuntiavit in Ägyptum cum omni semine suo. Filii ejus, & nepotes, filii & cuncta simul progenies, &c. Omnes animæ domus Iacob, que ingressæ sunt in Ägyptum fulve septuaginta. Misit autem Iacob ante se ad Ioseph, ut nuntiaret ei, & ille occurreret in Gessen. Quod cum pervenisset juncto Ioseph curru suo, ascendit obviam patri suæ ad eundem locum: vidensque illum, irruit super collum ejus: & inter amplexum flevit. Dixitq; pater ad Ioseph: Nam letus moriar, quia ridi faciem tuam, & superflitem te relinquo. At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris suæ: Ascendam & nuntiabo Pharaoni dicámque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me. Et sunt viri pastores ovium, curvantes habent alendorum gregum: pecora sua, & armenta, & omnia, quæ habere poterunt, adduxerunt secum. Cùmque vocaverit vos & dixerit: Quod est opus vestrum? Respondebitis, viri pastores sumus servi tui, ab infantia nostra usque in præsens, & nos, & patres nostri. Hæc autem diceris, ut habitare possitis in terra Gessen: Quia detestantur Ägypti omnes pastores ovium.

Josephi fratres optimo viatico instruti redierunt in Chanaan ad parentem, cui mox faustissima nuntiata est: O pater, inquit, Joseph tuus filius noster frater etiamnum vivit, & est princeps ac dominus Ägypti. Hoc autem dito Jacob velut è gravi somno evigilans, non satis crederat, quæ dici audiret. At illi junctis vocibus omnem phu fratre rei ordinem narrare, ostendere jumenta, currus, & plaustra à Joseph submissa monstrare, opes & gloriam fratris extollere. Cùmque jam non auribus solum, sed & oculis fuisse fides facta, senex Jacob veluti à mortuis excitatus cepit reviviscere, inde in latas voces erumpit. Inde letapsus: Sufficit mihi, ait, sufficit, modò filius meus Joseph tur. etiamnum vivat: ibo & videbo illum priusquam moriar. Non distulit ergo Jacob destinatum iter: Cum omni familiâ, omnique supellecstile & pecore in viam se proficisci, dedit, vñpictus ad Puteum juramenti, ubi maestatis vitatur. Etimis audit Deum noctu hæc sibi dicentem: Ego sum Deus ei fortissimus Deus patris tuu: Nolis timere, descend in Ägyptum, apparet, & multipliquia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum cationem illuc, & ego inde adducam te revertentem. Ioseph quoque gentis sue ponet manus suas super oculos tuos. Jacob igitur divi promittit, nos vocibus ad iter perseverandum confirmatissimus, Gen. c. 46. v. 3. & 4. cum omnibus liberis & nepotibus, cum facultatibus omnibus venit in Ägyptum. Capita hominum in familiâ Jacob universè tuerunt septuaginta. Quod ut Joseph obvius occurrerit patru.

Cùmque jam in mutuum venissent conspectum, in amplexu & oscula ruerbant pater & filius, qui prius lacrymis loquebantur, quæm verbis. Pater ad aspectum filii exultans gaudio: Nam, inquit, letus moriar, quia vidi faciem tuam, & superflitem terelinguo. At Joseph omnibus amantissimi salutatis: Nuntiabo, inquit, Pharaoni regi, parentes meos & fratres cum omni familiâ, & cunctis facultatibus suis venisse ad me, viros alendi pecoris gnatos esse. Si vos ergo rex acceritos ad se interrogaverit, quid artificiis calleatis, diceris: Servi tui pastores sumus, & nos, & majores nostri. Hoc ideo respondentum Pharaoni censeo, ut terra Gessen vestre habitationi cedat: Ägyptus edocet, prius.